

LECTIONES AESTIVAS
PUBLICAS ET PRIVATAS
IN ACADEMIA LVDOVICIANA
▲ DIE XXV. APRIL. AD DIEM IX. SEPTEMBR.
ADIVVANTE DEO HABENDAS.

RECTOR
LVDOVICVS GODOFREDVS
MOGEN,

DOCTOR IURIDICVS ET PROFESSOR HISTORICVS,
VNA CVM VNIVERSO

SENATV ACADEMICO
INDICIT,

EASQVE SEDVLITATI ET FREQVENTIAE
CIVIVM ACADEMIAE STVDIOSORVM
TAM GENERE QVAM VIRTUTE NOBILISSIMORVM
OPTIME COMMENDAT.

P. P. IPSO FESTO PASCHATOS
MDCCCLXIII.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

GISSAE,
EX OFFICINA BRAVNIANA.



In Facultate Theologica.

D. REINH. HENR. ROLLIUS,

Ordinis sui Senior.

Ad solidiorem sanctioris doctrinæ cognitionem comparandam cum plurimum conferat historia dogmatum, eam aliquoties tractationi Theologiæ dogmaticæ in singulis adjunxit capitibus. Quoniam vero paucis tantum id fieri potuit, & quasi in transitu, jam ex instituto istud aggredi negotium, pleniusque *historiam dogmatum per universam Theologiam, publicis lectionibus propinare constituit, ea quidem lege, ut summa rerum capita in calatum dicitentur, uberiorique discursu illustrentur. Privatim lectiones polemicas in Syllogen controversiarum Fechtianam, nunquam satis laudandam, auspicabitur, & separatis quibusdam horis exercitium disputatorium in eandem instituet; ex quo non pauci, ad Ministerium sacrum jam admoti, usum non contemnendum se perceperisse testari sunt.*

D.



D. IO. HERM. BENNER.

Nobis ipsis tandem restituti, pendentes operas tanto alacrius instaurabimus. Partem igitur theologiae *theoreticam*, ab integro, filum proprium secuturus, ordiar. *Practicam* pariter, duce b. Baumgarten. Si qui sunt antiquatum sacrarum cupidi, etiam *Goodwini*, Angli, *Mosen & Aarone* exponam, exegitiae rei non leue adiumentum. *Disputationes publicas*, singulis mensibus singulas, ministrabo, id exercitii genus expertentibus.

* * *

Vir quidam Summe Reuerendus, qui, in celeberrima quādam Academia, non Philosophiam tantum, sed & Theologiam, publice maximoque cum applausu, hactenus docuit, a Serenissimo Principe ac Nutritio nostro munificissimo, in locum facultatis Theologicae tertium iam vocatus, opportune adueniet, &, prouinciam sibi clementissime demandaram oratione inaugurali antea aggressus, lectiones suas, per hanc aestate habendas, e valuis publicis indicabit.

In Facultate Iuridica.

D. FRANCISCVS IVSTVS KORTHOLT.

Ius publicum, feudale & Germanicum priuatum ducibus SCHMAVSSIO, MASCOVIO & SELCHOVIO docebunt.



3

cebit. Iis quoque, qui rem iudicariam & usum forensem
summorum imperii tribunalium addiscere cupiunt, stu-
dium suum offert.

D. IO. CHRISTOPH KOCH.

Ius naturae & gentium, Institutiones, Pandectas duabus per
diem horis, & *ius criminale* explicabit. *Ius canonicum*
elapso semestri absolvit. Interim plura desiderantibus non
deerit. *Disputatorium & examinatorium* omnibus patebit.

In Facultate Medica.

D. GEORGIVS LUDOVICVS ALEFELD,

Anat. Chirurg. & Botan. P. O.

Anatomiam & chirurgiam absoluens, Materiam vero me-
dicam atque praxin clinicam, desideriis Nob. D. Com-
militorum satisfacturus, seorsum pertractabit. Restituto
quoque, quantum fieri potuit, in pristinum statum horto
medico, belli iniuriis fere deuastato, quolibet saturni die
eundem intrabit, plantarumque ibi obuiarum structuram
monstrabit.

* * *

Locum, in facultate medica primum, adhuc vacuum,
ex voluntate Serenissimi nostri, proxime replebit vir
quidam, in arte medendi experientissimus.

En



In Facultate Philosophica.

ERNESTVS THOM,

prof. moral. & iur. nat. b. a. decanus.

In iure naturae interpretando institutiones Wolfii, vel
alius, si placet, scriptoris probati, qui breuius illud
tradidit; in docenda philosophia de moribus & de ciuitate
Thummigii elementa, & in doctrinis oeconomicis expo-
nendis initia Dithmari adhibebit.

ANDREAS BOEHM,

*Log. Metaph. & Mathem. P. P. O. Biblioth.
Acad. Praefect.*

Hora VII. matutina *logicam*, h. VIII. *metaphysicam*, h. II.
pomeridiana *mathesin puram* docebit. Tempore au-
ditoribus commodo lectiones nondum ad finem perductas
continuabit. Bibliothecas publicas singulis diebus sabbati
h. I. pomeridiana aperiet.

D. LVDOV. GODOFREDVS MOGEN,

Professor Historiarum Ordinarius.

Historias, 1. *vniuersalem*, 2. *statuum Europæ*, & 3. *Im-
perii Romano - Germanici*, pro more suo, a capite ad
cal-



7

calcem, tradet. Nec iis deerit, qui Geographiam, Chronologiam, Genealogiam, artem Numismaticam, Diplomaticam, Heraldicam, Stauisticam, vel historias Germaniae prouinciales, addiscere cupient.

IOH. GEORG. BECHTOLD,

*utrinusque eloquentiae Professor & alumnorum
principalium Ephorus.*

Priuatim elegantissimum b. MÜLLERI libellum die Weisheit des Redners inscriptum interpretabitur. Quae in fundamentis stili Heinemannis explicanda restant, absoluere, plenissime expositurus omnia, quae ad varia dictionis genera pertinent, & exemplis illustraturus. Easdem lectio-nes stili de integro inchoabit, nec eloquentiae exercitia omittet. Publice orationem CICERONIS ad Quirites post reditum, habitam praeleget, artificium in ea oratorium alia-que πολυχρηστα, latinaeque linguae singularia ostensurus. Singulis diebus Saturni, commodo praesertim alumnorum principalium, collegium disputatorium instituet, plura de-siderantibus minime defuturus.

D. GEORGIVS LVDOVICVS ALEFELD,

philos. natur. P. O.

Integrum philosophiae naturalis cursum denuo auspicabi-tur, in aliis quoque, si opella sua desiderabitur, non defuturus.

Lin.



* * *

Linguarum Orientalium Professionem beatus Wolfius,
die XIIIII. Nov. a. pr. pr. pie defunctus, reliquit va-
cuam. Breui autem adsignabitur ea viro cuidam, in lin-
guis exoticis, praecipue Orientalibus, versatissimo.

Praeter ista, Generosissimis Nobilissimisque Ciuibus de
luculenta *equitandi, pugnandi gladio, saltandi*que palaestra,
Gallicae item & *Italicae* linguae scholis, per magistros
corum peritissimos, publice constitutos, abunde
prospectum est.

